Clara fouens roſeo puerum ſtat limine uirgo.
Hic matrona fuit hortis quæ lecta remotis
Vimineis calathis templo aurea poma ſacrauit
Mira loquar ſupraqꝫ fidem: ſed carmina uidi:
Hic hominis: pariterqꝫ aquile: bouis atqꝫ leonis
Hiſpanum noſtra modulantem uoce iuuēcū:
Procedo iam ruris opes uiſurus hetruſci.
His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis
Cultor agri rigidus: patriæqꝫ in mœnibus alter
Lænior ad ſterilem uerſando expertus arenam
Cuncta dehinc inculta iacent: aduerſa ſed inter
Imus ad hiſpanos cultus: eſt corduba teſtis
Ciuis & alta canens ad ſolem uertice nudo
Nil patrii ſermonis habens: nil frontis hybere:
Teſtis & emerita eſt & bilbilis: atqꝫ uadoſis
Gadibus ora tepens noctem quæ ſera diemqꝫ
Vltima ſurgentem ſolem uidet atqꝫ cadentem.
Hinc ego burdegalam repetens: in litrore cerno
Equor ubi ambiguū refluo ferit amnæ garūna
Multiloquum, magnumqꝫ ſenē: quē tēpla uaſati
Nominis auſonii dederant: urbanior inde
Vnus aquis ubi feſſus atax languentibus exit
Occupat eloquio: notus procul ille lariſſe:
Notus apud thebas: ſed enim tyberina latinæ
Docti omnes per rura loqui: tuqꝫ inclyta narbo
Carmina piſcoſo referens accepta benacho
Sum nimius ſed uiſa trahunt: ignoſce tenentqꝫ

TERtius. Deſcribit aliū. ſ. adrianū q fuit ſtrenuiſſimus in armis & poeta magnus qui inter alia habuit unū ꝙ nullus fuit q tm̄ uideret de mūdo & ibat ſp capite nudo & uenīēs ad mortē ītra ſemet cœpit uerba p metra & alloq̄bat̄ aīam ſuā. Qui nulla blādis ulla &c. ideo dicit ille tertius. ſ. Adrianus aſſuetus ſuſtinere calores & pluuias nō pexis capillis q. ſ. Adrianus circuibat oēs ſiluas uidēdo multa & iſte iā ꝑperā: ad mortē canēs carmīa dulciſſime ſicut auis cignus q dulcit̄ canit. Lōge. Deſcribit poetas moderiores q deſcripſerūt de rebus diuinis: & primus fuit arator: & iō dic̄ arator diuini ruris q fuit tuſcus & erat ultra tyberis īter ſepulturas regnū de p ſe ab aliis q aratō colebat cāpū fertilē. ſ. ſacræ ſcripturæ & h̄ ſubtili ſtilo. HVIC. Tāgit alios duos quoꝝ unus uocat̄ Prudētius alter uocat̄ Sedulius: iō dicit & Prudētius erat ſocius huic aratori & Sedulius erat poeta comes ex alia pte iſti ſtudebāt rūpere fruſtra terras rigido raſtro. i. ſubtili ſtilo terra ferox. i. materia aſpa erat iſtis: & iſti erāt feſſi & in iſto loco erat laurus & in nullo loco erat corona aliqua nec laurus nec mirtus nec edera herba q̄ arboribus adheret & muſæ ſtudiū erat iſtis: & uox ſed noua materia & dom⁹ iſta erat iſta erat iſtis publica ſilua uirēs alte & ample uires erāt iſtis: pin⁹ arbor & dulces oliuæ & nō ſolū pinus & oliua ē materia iſtis ſed ēt ipſa uirgo maria feruens xp̄m pulcrū & h̄ pulcro lumine ſtat iſtis p materia. Hic tāgit aliā poeticā ꝑbā mulierē quæ oīa Homeri dicta accepit & Virgilii q̄ potuit & adoptauit ad fidez xp̄ianā iō dicit hic fuit quedā matrona & ꝓba q̄ ſarcauit dicta florida collecta remotis ortis. ſ. Homeri: & hoc uerſibus latinis: & repoſuit in uerſibus ſuis. MIRA. Tangit aliū poetā. ſ. Iuuētū hiſpanū origine q deſcripſit oīa euangelia & alto & optime. & iō dicit eloquar mira ſed carmina uidi: qa uidi iſtū Iuuēcū hiſpanū cantantē nr̄a uoce latina iſtū dico ſcribentē geſta euāgeliſtaꝝ: & primo q pigitur cū facie Aqlæ & cū facie Bouis Leonis & Hois. ſ. q̄tuor euāgeliſtas: tandē ꝓcedo partes tuſciæ uiſurus. HVic. Deſcribit Perſiū iuuenē q uoluit deſcribere ita alte & obſcure q nullo mō poſſet ītelligi carmina ſua & nimis rigide deſcripſit & fuit de uulturis. Et deſcribit aliū: ſ. Claudianū q fuit florētinus: & fuit poſt omnes alios & ſcripſit ualde clare: eſt Claudian⁹ maior & minor: iō dicit alter exptus materiā uilē. ſ. de ruficio cōſule romano uitioſo hoie: deinde ego nō recepi alium poetā: ſed trāſiui de Italia in Hiſpaniā & trāſiui p mare galue: & tāgit unū poetā. ſ. Lucanū q fuit de Corduba & iſte Lucan⁹ erat cantans alte nudo uertice: & hoc qa nūq̄ fuit laureatus ille dico nihil de moribus barbaricis: nihil hn̄s frontis rigidæ & hiſpanæ. Et tāgit aliū. ſ. Donianum q fuit de Aragonia & fuit cōdita ab Octauiano: et iō uocat eā emeritā: qa data fuit militibus ſuis emeritis. Et Bilbilis ciuitas habuit unū aliū poetā. ſ. Valeriū maximū. Et tāgit aliū poetā. ſ. Camū q fuit de iſula gaudiū atqꝫ ora q̄ caleſcit in uadoſis gadibus in inſula illa q̄ eſt in extremis Hiſpaniæ quæ

contra ſicca &ultima uidet ſolē occidentem. HVIC. Tangit aliū po etā gallicū ad illam ꝓuinciā q̄ appellaē eqtania & ꝑuenit ad illā partē q̄ dicit̄ bordella unde ē unus poeta q̄ appellat̄ magus q̄ loquit̄ ſagaciſſime: iō dicit ego cerno burdigalā in littore curuo ſenē loquacē & magnū quē dederāt templa illius dei dederunt noīs Auſonii ita dicti: deīde fuit alter urbanus.ſ.ſtatius natus ī ꝓuīcia nerbonenſi de nerbona unus urbanus occupat me eloquētia ſua ubi fluuius fatigatus leuibus fluxib⁹.ſ. Athas hūilis fluuius notus ille ſtatius celebratus apud clariſſimā ciuitatem theſalie & notus aput thebas: & tū licet ego ſcripſerim oēs iſtos poetas diuerſis ptibus: tū doctis ī aruis romāis. Et tu glorioſa narbo ciuitas referes carmīa accepta piſcoſo benaco.ſ. uirgilio qa ſtatius imitatus fuit uirgiliū. SVM. Hic facit finē & dicit ego ſum nimis copioſus ſed alloquē ſocratē paſtorem ſum minus ultio ego rediui Auinionē & reuiſitaui dulcia hoſpitia parui mei hoſpitii & reuiſi laurꝫ eſt mea regna ꝑcurſo toto orbe terrarꝫ. VNDIq̄. Hic loqtur ſocrates et dicit laudās eū certe ego credo ꝙ tu ornas iſtā laurꝫ cōgregatis artib⁹ et ex oibus terrarꝫ ptibus tu nouiſti iſtā laurꝫ. LONgius Rn̄dit. Siluanus et dicit ſi uellē dicere oīa ego eēm lōgus: ſicut illa laurus erat bene dotata fauore nature et nr̄o: ut nulla terra fuerit unq̄ tā grata alicui deo pricipali et tā laudata q̄tum illa laurus ame: et ideo dicit neq̄ niphe ꝑferūt dodonā ſiluā nec cretā nec uenus ꝑferet ydaliā nec amazonū montē: nec diana illā iſulā: nec Apollo Delō et cyrrā. Ecce et ꝓbat ꝙ Appollo maxīe dilexit Cyrrā: qa Appollo ſeper iurauit optiner laurꝫ et cyrrā: iō dic ille Apollo ſolebat ferre ueloces ſagittas: et arcus: et pharetras: et ſolebat ferre illuc oia illa: et ſolebat appēder ī illa lauro: et h̄ dicit̄ de apollie: qa oſocrates ego fateor et neſcio qd diuinū eē ī illa arbore lauro uidere deas aq̄rꝫ etc. et oēs deas laudar̄ corā illa lauro: et ipſe Iupit̄ qn̄ flumiabat: nūq̄ fulmiauit ſup ipſa formoſa lauro. et ab alto ſolio uenerat̄ iſtā laurꝫ et ēt duces et alii hoīes ipēdūt ei honorē: iō dic ego romuleā ſobolē.i.ſtirpē romanā et iuuēcā nobilē ſupbā dico ipio et ueſtibus regū purpureis. et uidi illā gētē capere frōdes lauri et uidi ſeeptā poetarꝫ eloquētiū et argutos.ce. ſub hac laurro texere ſerta ſed raro iſe didici uariare uerſus qd nō pōt longus uerſus: qa oīa pōt: et ego cauēs p herbā multa ſed nō magna canēs: et finalit̄ ego exorno me frondibus lauri et celſos neqbā cōprehēder ramos lauri niſi rex. Rn̄dit auxilia tus fuiſſē mihi fuit hic mihi ꝓximus honor et occia cepūt eē leta: et dulcis honō et fauor poetarꝫ fuit mihi: et ſtāti incipio cognoſci a paſtorib⁹ et moſtrari digito: et lautea dedit mihi cognomē et diuitias et ꝺdit mihi famā et ego q̄ fuerā paup ī cāpis erā diues ī ciuita-

Dulcia poſtremo tuguri uix limina parui:
Orbe peragrato: & laurum mea regna reuiſi.
Vndique conuectis ornans reor artibus illam. Soc.
Longus ero ſi cūcta ſequar: ſic illa parentis Syl.
Naturæ: & noſtro fuerat ſufflata fauore:
Vt neque dodonam: nec cretam iuppiter illi:
Nec uēus idaliā aut amathū: eurotaq̄ꝫ diana
Nec delon cirrhamque ſuam preferret apollo.
Ille quidē aſſiduo repeto uolucreſque ſagittas
Atq̄ꝫ arcū pharetramq̄ꝫ agilē citharāq̄ꝫ ſolebat
Illuc ferre ſuā: ramoq̄ꝫ aptare uirenti.
Neſcio quid fateor: ſocrates tamen omnia noſti
Diuinum ramis inerat per gramina circum
Ludere amadryades paſſi: nymphaſq̄ꝫ uideres:
Hanc ſuperū rapido dū fulmīæ rex quatit orbē
Liquerat intactā ſolio ueneratus ab alto
Romuleam uidi ſobolem pubemq̄ꝫ ſuperbam
Imperio: & t abeis ſacras hinc carpere frondes.
Vidi homin m genus argutū doctūq̄ꝫ canendi
Eſſe ſub hac cupide & rariſſima texere ſerta.
Ipſe ego (quid lōgus qd nō ualet iprobus uſus)
Edidici uariare modos, ac multa per herbam
Sed non magna canēs: deinū me frōdib⁹ hiſdē
Exorno celſos poteram nec prendere ramos.
Ni ſublatum humeris tenuiſſet maximus argus
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia læta
Paſtorumq̄ꝫ fauor multus: colleſq̄ꝫ per omnes
Illicet ignoſci incipio: digitoq̄ꝫ notari.
Laurea cognomen tribuit mihi: laurea famam.
Laurea d uitias: fueram qui pauper in aruis
Diues eram in ſiluis: nec me fœlicior alter:
Sed lætum fortuna oculo conſpexit iniquo:
Forte aberam ſiluaſq̄ꝫ ieram ſpectare uetuſtas:
Peſtifer hinc eurus: hinc humidus irruit auſter:
Ac ſtratis late arboribus: mea gaudia laurum
Extirpant: franguntq̄ꝫ truces: terreq̄ꝫ cauernis
Brachia ramorum frondeſq̄ꝫ tulere comantes:
Hei mihi quo nūc feſſus eā? qbus āxius umbris
Recreer? aut ubi iam ſenior noua carmina cātē:
Illic notus eram: quo nunc uagus orbe reqrar?
Quæ me terra capit? potes ad tua dāna reuerti
Infœlix: ſparſaſq̄ꝫ ſolo conquirere frondes:
Et laceros ramos & iam ſine cortice truncum
Amplecti: lachrymiſq̄ꝫ arentia membra rigare.
Ibis; an ignotas fugies moriturus in oras?

tibus: nec altera erat felicior me ſed fortũa aſpexit ſurſum me & iniquo oculo. ſ. illã lauretã mulierẽ & iuerã ſpectare ſiluas uetuſtas ecce ſurrexit maxĩa tẽpeſtas: & prio Eurus uentus: & huic hauſter humidus male iunctus extirpauerũt meã lauretã q̃ erat mea gaudia: & illi oribiles frangũt ipſam & exportauerũt illã ĩ cauernis terre mẽbra illius: & frondes uirẽtes. Heu mihi quo nũc feſſus uadã? qbus umbris recreer ego: aut ubi cãtabo uota carmĩa: ego ibi notus erã & ego nũc uagus quo regrã? q̃ terra capiet me? o felix potes tu reuerti ad dãna tua: & ſimul agregare frõdes. & iã amplecti corpus ſine cortice: & potes tu rigare mẽbra mortua ibis tu ad illã regionẽ unde fugies alio tu dico caput ĩfœlix: & uiuẽs nimis diu: qa ſpes mea abiit & tu uita odioſa mihi qd ſtas metus & dolor qd turbas mea pectora. PERTIMVI. Reſpondit Socrates & dicit uade ego ptimui ne peius diceres & putaui te peius plorarẽ. HEV Reſpõdit ſiluanus et dicit uideẽ tibi illa parua cã? NVLla. Rñdit Socrates et dicit illa ẽ uana cã et pce potius q̃relis lacrimoſis. dolor facit ſemp hoiem loqcẽ: non eſt uerꝫ ꝙ aliqs uẽtus ꝓſtrauerit iſtã laurꝫ ſed dii rapuerũt ipſam: et fœlicibus iſeruerũt cãpis et ſola ps caduci corticis piit et caro tm̃ ẽ mortua: aĩa uero nõ: et ps uiuatior egit radices et cãpos eliſos fecũdat. ſ. celeſtes nouo flore o ſiluãe nos uidimus deos uenerãdos colligẽtes ĩ regno celeſti. VIDIſti. Rñdit ſiluanus et dicit uidiſti ne an uana fingis ad me conſolandũ. VIDI. Rñdit et dicit ego uidi et loquor uiſa a me tu hũilis quẽ cœlũ et aditũ ꝑcare celeſtẽ et caueto agregare inuidiã diis: ſed tu opta trãſire ĩ celis ubi tua laurus uiget ꝙẽ honeſtius diis. DII. Et dicit dii faciãt ut ꝑcor: et ego ſemper præcabor.

Infauſtum uiuaxqꝫ caput dulciſſima rerum
Spes abiit: quid uita manens inuiſa fruenti?
Quid fragilis lentuſqꝫ dolor præcordia uerſas?
Soc. Pertimui longeqꝫ aliud te flere putaui.
Syl. Heu heu parua igitur flendi tibi cauſa uidetur?
Soc. Nulla quidẽ potius: lachrymoſis parce querelis
Eſt dolor uſqꝫ loquax: laurũ nõ eurus & auſter
Sed ſuperi rapuere ſacram: & fœlicibus aruis
Inſeruere dei: pars corticis illa caduci
Oppetiit pars radices uiuacior egit.
Elyſioſque nouo fœcundat germine campos
Vidimus his oculis ſuperos ſyluanæ uerendos
Leniter auulſam meliori in parte locantes.
Syl. Vidiſti? an meſto ſolamen fingis amico?
Soc. Vidi eqdem & cõperta loquor: ueſtigia ſupplex
Conſequere ac præcare aditum: uerbiſqꝫ caueto
Inuidiam conflare deis. quod honeſtius: opta
Tranſire in terras ubi nunc tua gloria uiuit.
Syl. Dii faciãt ꝑcor ecce humilis ſempque ꝑcabor.

❡Explicit. x. egloga quæ Laurea occidens intitulatur.

❡Egloge undecime Titulus Galathea. Collocutores Niobe. fuſca. et fulgida.

VC SOROR. Ad tumulũ etce.

d In iſta undecĩa egloga auctor facit ploratũ laurete ſue alia ſic et ad huiuſmõi plorationẽ iduc tres ſapiẽtes mulieres: prima q̃ꝫ uocaẽ Nyobe ſa uocaẽ Fuſca: tertia uocaẽ Fulgida. Per iſtas tres mulieres autor itelligit tres uirtutes aĩe: per Niobe itelligiẽ ira q̃ niobe fuit uxor Tãtali q̃ cõuerſa fuit ĩ lapidẽ: p Fuſcã itelligiẽ aĩm' concupiſcibilis q̃ libido et concupiſcẽtia obfuſcãt mentẽ ipſam: per Fulgidã itelligiẽ ratio nitẽs q̃ cohercet dolorẽ: ideo prio itroducit dolorẽ. ſ. Niobẽ. i. mentẽ iraſcibilẽ q̃ alloqtur fuſcã et dicit. O ſoror duc me ad ſepulcrũ laurecte: et duc me ad petrã gelidã ſepulture. QVID. loqtur fuſca et dicit o ſoror q̃re petis tu cãm maioris doloris: qd optas tu uidere? EST. Rñdit Niobe dicẽs gemitus et luctus ẽ grãde ſolamen magni doloris et ſuſpiria et queſtus et q̃rele recreãt aĩam afflictã: et iõ econuerſo dolor artatus itus ſuffocat ipſam mentẽ et ideo plorare palam ẽ optimũ remediũ triſtis pectoris: et utinam deploraſſem hucuſqꝫ qa nũq̃ pigritia et torpor corporis contigiſſet me i ſcilice: et mihi nocuit tacuiſſe: et non ploraſſe ſed ego dimitto duc me ad ſepulcrũ laurete ubi ẽ copia flendi. CARPE. Reſpondit Fuſca et dicit ultra uadamus carpe uiam hac parte qua ducit nos ad locũ fratrũ minorũ qa uidebis ſepulcrũ laurete: ideo dicit carpe uiam ea parte qua tu uidebis. Colla bouũ nudata capiſtris. ſ. fratrũ minorꝫ q ferunt iugũ obediẽtie laboris et religionis: et ferunt capiſtra. ſ. zonas ipſas: et ea parte qua tu uidebis frequẽtes uigilias canũ ſcilice: ꝑdicatorꝫ: et hoc ſub paruo tecto: ubi tu uidebis canes fuſcos. ſ. fratres: et ille locus hẽt corpus tue laurete ergo aſpice contra hic ẽ laureta amica petrarche qua natura nil creauit pulcrius niſi amor nos fallit: ergo dicit Fuſca depone omne grauamẽ doloris: et complectere ſepulcꝛꝫ et oſculaberis ſaxũ

❡Incipit. xi. egloga: cui titulus eſt Galatea
❡Collocutores: niobe: Fuſca: & Fulgida

Vc ſoror ad tumulũ gelidiqꝫ ad ſaxa ſepulchri
Nio. d Qd lachrimis alĩmta pet[?] germana qd optas
Fuſ. Eſt gemitus magni ſolamen grãde doloris:
Nio. Afflictamqꝫ animã releuant ſuſpiria queſtus:
Enecat artatus mentem dolor: optima meſti
Pectoris eſt medicina: palam lugere fuiſſet
Idem animus ſemper: nunq̃ hæc ꝑcordia torpor
Verteret in ſilicem: nocuit tacuiſſe dolenti
Mitto autem: cupidã modo duc ubi copia flẽdi

& dic uerba umbre ipſius: HEV. Reſpon
dit Niobe & incipit quæri & dolere & dicit
heu domus nimis ſtricta tante pulchritudi-
ni. O galathea eſt iſta ſedes tibi qua quãdo
ſol uidebat eclypſatus eſt: & eſt confeſſus te
maiorem ſe: & ille ſol pauefactus fulgor tui
tarde uenit ad occaſum. Heccine an eſt h̃ ſe-
des tibi & dicit ſi illa muliere mortua eſt cre
ditis o ſtelle uiuere & ſtare: o boetæ ſtella lu
dis tu in occiduo te mone currus certe non
debes. & o Iuppiter illuminas tu cõueſſa cœ
li ſcilicet ipſos cœlos: certe non deberes lu-
ſtrare & tu Saturne gelide ſenex non debe-
res: & tu oriõ ſignum cœleſte armatum ſpa-
ta: & tu luna perficis ſolitas motiones. & tu
nuncius uelox interpres deorum: eo ꝙ Mer
curius eſt deus eloquentiæ. & Venus depo
ſitura notandum uiciſſim: quia aliquãdo di
citur Venus: aliquando Lucifer: aliquando
ueſper: ergo o galathea iaces hic tu iam ter-
ra. & iam cinis: & nihil es niſi uera forte ani-
ma ſit in cœlo & inde ex illa regiõe cœli ſpi
ritus tranquillus uidet nos plorantes eius
mortem: nihil mihi reſpondes pars animæ
meæ & optima pars: & uos o ſorores adhibe
te manus ꝑcanti ſi habeo ſpũs in uobis ſi ali-
qua ſpes eſt in mũdo & charitas. heu quã ar
te ego nũc reuellam ſepulchri lapidem: ego
irruam corpus: & portabo id corpus in tem
plis deorum: & addam perpetuos honores
quos mundus perpetuo celebret. & addam
uirgineas ſocietates & choros uirgineos: &
ſacra facienda tibi & inſtituam ſacra tibi dee
lumina accenſa non dederunt tibi & carmi-
na reſonantia a longe & late. Heu mihi præ
durum lapidem & graue põdus & inutile mi
hi ego deficio ſub onere ſaxi & conãs fatiſco
ideſt icipio aperiri & deficio. SVRge. Re
ſpondit Fuſca & dicit eſſet nimis abſurdum
cõmaculare ſacratum corpus cadauere mor
tuo: ea quæ ſunt præſentia placẽt tibi & fru-
ſtra expectes præterita obliuio eſt tuta amã
ti: & dies extrema nequit reuerti ulla arte:
mors eſt optimũ quid & finit dolores & aliã
& mors eſt illa quæ diſſoluit omnia uincula
iam ſatis eſt ploratum mors fregit noſtros
amores. FREGiſſet. Reſpondit Niobe &
dicit ego uellem ꝙ mors aſportauiſſet nos ſi
cut eam: ego ſperaui mortem nam mors ſte
tit prope & feſellit me miſeram: ego uiuo &
infœlix uiuo: & adonis luctus reſeruor.
PARTius. Reſpondit Fuſca & dicit tẽpe
ranti dolore: ecce illam ſororem. ſ. fulgidã:
quæ eſt ratio illuminans quæ conſolabitur
nos a tuas monebit querellas moderata frõ
te. QVID. Hic loquitur fulgida & dicit
quid. i. cur o Niobe ploras quin potius inci
pe ſubſtinere uitam quãcunꝙ fortuna dedit
tibi & dabit & me amor tormentat ſicut uos:
ſed ego refrenor & ego cõturbor deſiderio
meorum: ſed quid tu facias durum eſt cõtra
calces aduerſus ſtimulum: patientia eſt me-

Carpe iter hac qua nodoſis impexa capiſtris
Colla boum: crebraſq; canũ ſub limine paruo
Vidris excubias: giluoſq; ad clauſtra moloſſos Fuſ.
Ille locus tua dãna tegit: iamq; aſpice contra
Hic galatea ſita eſt: qua nil natura creauit
Pulchrius in terris: niſi nos amor uſq; feſellit:
Depone hic quodcũq; ꝑmit: cõplectere buſtũ:
Oſcula fer ſaxis: umbre dic uerba ſilenti
Heu nimis arcta dom⁹: tãto dom⁹ arcta dolori Nio.
Hæc ſedes galatea tibi eſt: quã fulgere cernens
Sol ſtupuit: faſſuſq; parem: faſſuſq; ſubinde
Maiorẽ attonitus ſerum ſeſe abdidit undis.
Hæc ſedes galatea tibi: uos ſydera cœlo
Statis in occiduo ludis themone boete:
Iuppiter ore poli luſtras conuexa ſereno.
Is gelidus cũ falce ſenex: armatus orion.
Luna uices peragis ſolitas: uolucerq; deorum
Interpres: nomenq; uenus poſitura uiciſſim.
Hic pallens galatea iaces iam terra ciniſque
Iam nihil etherea niſi forſan ſpiritus arce
Viuit: & inde uidet flẽtes trãquillus amicas.
Nil mihi reſpõdes anime pars altera noſtre:
Optima pars eadẽ: dextras adhibito præcanti
Si qua fides mũdo ẽ: pietas ſeu priſca ſuperſtes
Heu lapidẽ ifeſtũ qua nũc ſoror arte reuoluã
Irruã i amplexus: figã oſcula dulce cadauer.
Hoc referã moribũda ſinu: fotũque ſacellis
Inferã: & arcanis: durũ penetralibus addam.
Addã ꝑpetuos celebret quos mũdus honores:
Virgineos addã cetus: rituſque uerendos:
Et ſua ſacra dee: nec fax nec carmina deerunt:
Fœmineas longe lateque ſonantia laudes.
Heu mihi predurũ lapidẽ graue põdus iherſq;
Deficio ſub faſce ſoror: nitenſque fathiſco.
Surge ſoror ſurge: ſacrũque cadauere corpus Fuſ.
Cõmaculare caue: placeant preſentia fruſtra:
Preteritũ expectes: tuta eſt obliuio amanti.
Nempe heſterna dies ulla nequit arte reuerti:
Mors adimit curas: mors oĩa uincla reſoluit.
Iam ſatis eſt fletũ: noſtros mors fregit amores.
Fregiſſetque utinã noſtros mores equa labores Nio.
Speraui. ꝑpe nã ſteterat. miſerãque feſellit:
Viuo ſed infœlix. & luctus ſeruor in omnes.
Parcius en leuo triſtis tibi fulgida calle Fuſ.
Aduenit. & tacita caſtigat fronte querelas.

Hor præſſis

UPB

Ful. Quid miſere ceceque animi mortalia fletis
Tā grauiter? qd fles niobe? quin īcipe uitam
Scire pati: quācunqꝫ dedit ſors dura: dabitque:
Et me torquet amor: deſiderioqꝫ meorum
Permoueor: ſed quid facias? arma irrita calces
Aduerſus ſtimulum; melior patientia preſſis:
Multa tibi facit ipſe animus leuiora ferendo
Quid gemitus? moritura fuit galatea: deīceps
Immortalis erit: proprio tabeſcere damno
Non amor: alterius ſortem lugere ſecundam
Inuidia eſt: quantum nobis deceſſerit omnes
Scimus: & ingrato quantū deceſſerit orbi.
Sed ferimus: uos deſinite: ac meliora tenentem
Suſcipite: & cœlum terris optate relictis.
Fuſ. Fabula: quis alis cœlū terreſtria prendent?
Ful. Ethereis: ſic terra ſuum: ſic aſtra repoſcunt.
Fuſ. Credulitas uulgata quidē: nos certa probamꝰ
Ful. Fuſca locis imis habitas: nō ſūma tenemus.
Et cœli terreqꝫ ſitū ſpeculamur ab alto.
Nio. Ambages ueteres & inenodabile uerum
Mittite. & integram uenturis tradite litem.
Fulgida qn potius (muſas nā noſcis agreſtes)
Dic titulū buſto. relegat quem ſerior etas.
Sic liquit galatea ſuū pulcherrima corpus
Ful. Libera iamqꝫ polos & regia tecta tonantis.
Ipſa quidē ſupūqꝫ choros mēſaqꝫ frequentat:
Mors roſeos artus. mors cādida colla. genaſqꝫ.
Sydereoſqꝫ oculos tetigit. uultuſqꝫ ſerenos
Obſcura dimerſit humo mortalia quiſquam
Diligat. aut ſpet ſtabiles hic figer̄ plātas? (etas
Quid genꝰ aut ꝓbitas? qd opes? qd forma? qd
Quidue decēs cultus? qd gloria nōis ingens.
Omnia cōtigerā. manus abſtulit oīa mortis.
Nuda domū repetens e carcere fugit amato.
Nio. Nuda quidē minime quā gloria ueſtit amictꝰ
Clarior aſſidue longiſqꝫ recentior annis
Hāc quecunqꝫ ſibi uultuque aīoque per euum
Aut cātu aut ſermone placēs cupiēſque placar̄
Deferet ante oculos. hāc nos dū ſpiritus iſte
Artubus herebit miſeris. & uiuere coget.
Hāc uel apud manes nebuloſaqꝫ flumia lethes

lior præſſis ipſe animus patiens facit multa leuiora ſibi ferendo ergo cur ploratis laureta mortua eſt & mortalis erat amō erit īmortalis & intabeſcere dolore ex proprio dāno non eſt amor ſed iniquū: & ita deplorare ꝓſperam fortunam alterius eſt inuidia: ſi nos bene uidemus quantum dānum recepimus & quantum bonū perdiderimus et etiam ſcimus quantū deceſſerit ingrato mundo: ſed nos ſapientes tolleramus ergo uos dn̄e deſinite plorare: ac ſurſum aſpicite illam tenentem cœlum & uos optate cœlum. FABula. Reſpondit Fuſca et dicit. Iſtud eſt quid fabuloſum trana: quibus aliis apprehendent. quaſi dicat quomodo homo mortalis poteſt uincere cœlum quod eſt in corruptum uel incorruptibile. ETHEreis. Reſpondit fulgida et dicit omnia repoſcūt ſuos curſus ſicut terra repoſcit corpus et aſtra repoſcunt animam. CRVDelitas. Reſpondit fuſca et dicit bene uidetur ſed nos non ſentimus illa actualiter. FVSCA. Reſpondit fulgida et dicit o fuſca tu habitas in præſſis locis ideo non ſentis delectationē ſicut corpus ſed nos. ſ. ratio tenemus alta et ſpeculamur ab alto ſtatū cœli. AMBages. Reſpōdit Niobe et dicit dimittamꝰ iſtas ambages et illa ambigua quæ oībus ſunt diu diſcuſſa. ideo dimittite antiquas et dubias quæſtiōes et indiſſolubiles et dimittatis litem iſtis poſteris: et tu fulgida potius facias titulum ſepulture et fac epythaphiū: qa tu bene noſti ſcribere metrice. HIC. In illa particula fulgida ponit epythaphium et dicit illa laurecta reliquit ſuum corpus et ſtat ī cœlis et habitat tecta regia: et ipſa frequentat menſas deorum: et beata ſors ſiue mors nunc reſoluit ſolum corpus et ipſa membra pulchra et mors tetigit alba colla et oculos mirantes et uultus ſerenos: et iſta mors ſepeliuit iſtam: ergo terra tuus eſt qui diligit mortalia: aut ſperat figere plātas nobilitas quid uidelicet et probitas: quid opes: quid forma: qd ætas et decorus ornatus quid prodeſt? q. d. nihil: quæ oīa illi laurecte contingerant: mors rapit oīa illa nudata de corpore ſuo cœlū petit. NVDA. Rn̄dit Niobe dicens et uocās illā: Nuda certe nō qua gloria ueſtit adhuc et amictus continuo ueſtit eam et recentior iam longis annis: illa laureta erit tante gloriæ ꝙ quæcūqꝫ mulier placet ſibi. aut cantu aut uultu: per tempus futurum et cupies placere: referat iſtam ante oculos ſuos nos feremus hac mortuā uel apud mortuos et apud flāmam letheam nec eīt obliuio et nos feremus iſtam formam pulchritudinis ſub hoc corde memorablli tanq̄ pudicitiæ exemplo modo Apoſtrophat in ipſam defunctam et dicit O dea mortua tuum nomen tunc exibit de noſtro pectore: cum ſtelle fugient de ſuis ſedibus: et tunc ego relinquam nomen tuum cum apes deſinent fabricare mel: et cum aues derelinquent nidos et turtur coniugium et lupus prædam: et capre uirgulta: et quando mulier cuſtodita dimittet dolos et fraudes: et quando ſeruus dimittet mendatia.

¶Eglogæ duodecimæ. Titulus conflictatio. Collocutores Multiuolus & Volucer.

VAE NOua &c. In iſta duodecima & ultima egloga auctor intendit deſcribere bellū qđ
q fuit geſtum tépore ſuo inter duos magnos paſtores. ſ. R. franciæ &. R. Angliæ: & ad hoc ĩ
troducit duos paſtores. ſ. multiuolum & uolucrū: p multiuolū intelligit uulgus p uolucrū
feſtinū intelligit nunciū. Mō iſti duo narrāt unus alteri: & primo loquiẽ multiuolus uolu
cro dicens. Q uæ noua fers tu tecū o uolucer quis ſtupor eſt tibi qui cōpellit te & nuncium uehis te.

ARDVus. Rñdit uolucer & exordiẽ hi/
ſtoriā belli regis frāciæ & angliæ & prio uo
cat pan q ē deus ruſticoꝝ. ſ. regē regū: ut re/
gem frāciæ p articū intelligiẽ rex angliæ ab
arthos ſtella ſeptẽtrionali: ideo dicit pan ar
duus paſcebat magnos ꝓceres in ſuis cāpis:
& etiā paſcebat pingues populos. Pan. i. rex
olim erat rex regum & erat glorioſiſſimus ĩ
oēm terrā q̄ regē eccleſia romana fautrix ſi/
bi fouebat in ſinu ſuo: ſed artichus armipo/
tens. i. rex angliæ q ē potēs armoꝝ uiderat
illū ſtantē in pace & nō hñtē bella: & ſtātem
ſub arbore frōdoſa unde ipſe articus dixit q̄
ſequunẽ turbatus: nunqd ego ſemp uidebo
illū panē ſtātē in gaudio. q. d. nō: & pmittā
ſtertere ipm reſupinū in lecto & erigēs ma/
nū ait ſi bene cognoui hāc dextrā: ego expu
lam ſomnū de cerebro eius: & alte dixit iſta
uerba: & concitauit totū mare & aq̄s refluen
tes. ſ. maris & totā angliā: & aſpera eius uox
audita fuit ab angelicis hītātibus ĩ extremo
littore. AT SOnitu. Hic ponit excitatio/
nē regis frāciæ & dicit. Pan leuauerat caput
alte fugato ſōno magno ſonitu uocis artici
& innixus in gremio amice cū ſtridore dixit
multa & frequēter uoluēs ſecū & dixit ita ar
tico: o ſtulte paſtor q̄ fatuitas cœpit te: neſcio
uñ ſit tibi iſte furor. uñ eſt tibi o ſtulte neſcis
uires nr̄as ſpnis tumulos opus & nr̄os duos
& reges certes tu expieris & tedebit tēptaſſe
FIDus. Rñdit. R. angliæ & dicit: fidus ami
cus nunq̄ cōtinget auaritiæ: & nō ꝓderūt ti
bi iſte diuites & iſte diuitiæ ſunt q̄dā ĩcitamē
ta ad bellū. Et putas ne te tardare iſtis minis
ſed poti⁹ ſolicitas me ad hoc ergo te ſic ego
nō timeo uētos & ĩflationes ciboꝝ hēo aīuꝫ
meū ꝓbatū ĩ rebus afflictis & ſunt mihi ami
ci q feriāt tua terga me iubēte et circūcidant
te ab utroq; latere et non ſolū amici ſed ego
ipſe feriā faciē tuā enſe et lācea certe tibi nō
eſt eq̄lis aius nec manus ē apta ad bellū tuo
rum. PAN. Dicit uolucer ꝙ pan timuit et
aſpexit ex oī pte turbā ferocē ſtare cōtra: nō
tonſis paſtoribus. i. domitis anglicis ad iſtā
tiam regis. Ipſe pan eleuauit totā ſuā uocē et
frendendo eleuat uocem ea parte qua ſunt
agri et maria: et colles remoti. et breuiter
uox peruenit uſque ad alpem quæ diui/
dit Italiam a Gallia. VNDique. Tangit
auxilia eius et conueniunt illi qui abierunt
greges uagantes per loca frigida Galliæ et
illi qui aluerunt armenta grata deo belli ſci
licet ipſos bonos equos. Et illi conueniunt
qui aluerūt equos aptos ad bellū: et non ſo/
lum iſti qui hñt equos ſed etiam ueniūt illi
q habuerūt dilecta lanifice minerue ſcilicet

Exemplarque pudicitiæ formamque decoris — Multi
Corde ſub hoc ſemper memori pietate feremus — uolus
Tum noſtro galatea tuum de pectore nomen — Volu
Exibit: fugient propriis dum ſedibus aſtra: — cer.
Mellis apes ſtudium linquent: nidoſq; columbe
Coniugium turtur: prædā lupus: arbuta capre
Cuſtodita dolos mulier: mendacia ſeruus.

¶Explicit. xi. egloga quæ Galatea intitulatur.

Incipit. xii. egloga: cui titulus eſt Coſlictatio.

¶Collocutores: Multiuolus & Volucer.

Ve noua fers uolucer qs nā ſtupor uñ uehiſ
q Ardu⁹ ĩ tenero pĩgues p gramĩe tauros (te:
Et molles paſcebat oues pan maximus olim
Paſtorum & ſilua late celeberrimus omni:
Fauſtula quē complexa ſimul mulcēte fouebat
Viderat hunc craſſa gelidaq; ſub ilicis umbra
Articus armipotens: ſecumq; hæc turbidus ira:
Hunccine perpetua gaudentem pace uidebo:
Securoq; ſinam reſupinum ſtertere ſomno:
Si ſatis hanc noui: dextramq; erexit in altum:
Excutiam madida cerebri de ſede ſoporem.
Dixit: & omne fretum refugaſq; exterruit undas
Horridaque extremis uox eſt audita britannis.
At ſonitu ingenti penitus torpore fugato:
Pan caput abſtulerat: gremioque ĩnixus amice
Multa prius ſecum frendens: ac multa uolutās
Vnde ait iſta tibi tam inſulſa ſuperbia demens:
Vnde furor: neſcis uires ſtolidiſſime noſtras:
Spernis opū cumulos: ſpectatos ſpnis amicos:
Experiere quidem: ſerum tentaſſe dolebis
Fidus auaritiæ nūnq̄ continget amicus
Ille refert: at diuitiæ ſunt præmia belli:
His ne putes tardare minis: incendis & urges:
Deſine: nec uentos nec turgida uerba timemus.
Eſt animus: ſunt arma mihi: dubiiſq; probatū
Pectus amicorum: ſunt qui tibi terga iubente
Me feriant: dextrūq; p̄māt latus atque ſiniſtrū.
Ipſe genas frontēque manu baculoque retūdā.
Non tibi par animus: nō eſt manus apta duello
Pan timuit. flētesque oculos. hic aſpicis atq; hic

illi qui faciunt

Intonſis inſtare ferox paſtoribus agmen.
Suſtulit horrificam uocem qua flumina & agri
Et mare uicinum infremuit colleſque remotit.
Ac procul aeriam clamor peruenit ad alpem.
Vndique conueniunt. & qui per frigida tempe
Herbiuagos aluere greges armentaque belli
Grata deo & qui lanifice dilecta mineruæ.
Et qui frondipetas nemoroſo monte capellas
Glandilegoſque ſues. & amantes prata iuuēcos
Turba ingens unoque omnes in gurgite tandē
Sordidulum lauere pecus qua rura ſecanti
Dux italus fluuio dedit aurea cingere templa.
Tot deerant alimenta uiris niſi pana uirili
Fauſtula ſollicitum curarum parte leuaſſet.
Nā grege de magno. decimū largiſſima quæꝗ
Obtulit atque famem ſedauit pinguibus hedis.
Ah meretrix obliqua tuens ait arthicus illi:
Immemorē ſponſi cupidus quā mūgis adulter.
Hæc tua tota fides ſic ſic aliena miniſtras?
Erubuit nihil auſa palam niſi mollia pacis
Verba. ſed aſſuetis noctem complexibus egit.
Et tacitam ſubmiſit opem mulieribus ardens
Atꝗ imbuta odiis occultans ruminat iras:
At gelido ſtat flāma metu: iam brachia uterꝗ
Paſtor ad ambigui certaminis orſa parabat.
Iam ſtudiis aduerſe acies: iamꝗ arma fremebāt
Queque ſuos uocat ore deus hæc mœnia troiæ
Arcturumque canit: pugillum canit illa labores
Monſtriferumque refert charolū: tū iurgia labe
Iactantur: toto uolitant conuitia cœlo:
Pan fraudes penſiꝗ nihil: fandique piique:
Nota ꝙ infamis teſtetur fabula caude
Obiicit: exiliique locos. & inhoſpita teſqua:
Hoſtibus humani generis lingueque tremētis
Barbariem: & rauco crepitantia uerba palato.
Ille autem tibi uerba placent: mihi facta relique
Et tamen expediam nodoſa uolumina linguæ:
Et loquar ecce aliquid: faciet res ipſa diſertum.
Te ne tegis digito? periuria: furta rapinas
Nouimus oppreſſos homines: eluſa deorum
Nu mina: quæ dignas tādem me uindice pēnas
Expoſcunt: orātque p̄ces: lachrymæque porāt
Quas anus infœlix mulier miſerabilis expes
Pollicitis decepta tuis noctiſque dieſque
Fundit & ingratum queritur deſerta nepotem

illi qui faciūt bonos panos. ſ. populi illi qui
habitāt in montibus q habuerūt capras petē
tes herbas. Et q aluerūt porcos legētes glan
des. Et illi q aluerūt iuuēcos habētes herbas
oēs iſte uel iſti fecerūt magnā turbā: & finalr
oēs iſti uenientes pariter paruerūt ſc ad bellū
more uaniſſimo & hoc in uno gurgite. ſ. ī ſec
cana flūine pariſius: & hoc fuit ea p̄te q̄ maxi
mus dux italicus. ſ. Iulius cæſar dedit cinge
re aureata tēpla ciuitatis fluuio ſecāti rura. ſ.
loca flu. affluenti cāpos & breuiter erāt tot ꝙ
deficiebat eis pabulū niſi eccleſia rōana rele-
uaſſet pana p̄teuirili qa dedit eis ſubſidiū ma
ximū: qa illa faſtula remouit decimā a bello
de magno theſauro ſuo: & ſic acqetauit appe
titū ſuū magnis decimis. AH. in illa p̄ricula
rex āglie exclamat & dicit intuēs ipſe obliq.
& dicit eccleſiæ Ah: aduerbiū exclamātis Ah
meretrix eccleſiaſtico q̄ auarus rex frāciæ q
te polluit ſugra te nō memorē xp̄i: eſt iſta to
ta fides tua miniſtrās tu ita bōa pauperū illa
eccleſia ē uerecūdata: & nihil ē auſa palā niſi
uidebat̄ ponere pacē nihilomin⁹ nocte dor
mit cū rege frāciæ: & ſubmiſit tacitū auxiliū:
illa dico mulier ardēs mulieribus odiis ītus
ſe decoquit iras & flāmā: eccleſia ſtat anxiata
uariis curis: iā uterꝗ rex parabat brachia ad
dubii belli principia & iā acies ſtabāt aduer-
ſæ & iā troyæ arma fremebāt & arturū. q. d.
gloriat̄ ꝙ origo angelica erat de troyanis ſi
cut brutus utiꝗ fuit & gloriat̄ de rege artu-
ro: ſed gens frācigena laudat labores pugilū
ſed refert carulū q fecit moſtra ergo magna
fuit iactatio ī toto aere uolitāt cōminatiōes
& pan obicit & exprobat cōtra regē āgliæ. ſ.
fraudes: & obicit nihil pēſati uel diſcreti : ſed
eſt gēs p̄ceps & nihil iuris hn̄s nihil hūanita
tis: q̄ rem declarat fama antiq. ſ. hr̄e caudā.
unde dr̄ malē nō eſſe q̄ uaſco uel anglicus eē:
dico pp q̄: qa caudā portat neꝗ anglicus an-
guiam: uaſco fert ip̄e lupinā & obicit rex frā
ciæ loca exiliis ſcim exules eſſe & loca aſpa &
inhabitata & obicit mares malos barbaricos
linguæ trementis: & uerba reſonantia rauco
palato. ILle. Rn̄dit rex angliæ dicens: tibi
placent uerba: & mihi facta & inde ego diſ-
ſoluā īplicata uolumina linguæ & loquar ali
qd fati & me prōptū & eloquētē. an credis te
tegere cū digito nos bene nouimus periuria
tua & hoīes opp̄ſſos & maieſtatē diuinā irri-
ſam a te: & q̄s pœnas tua expoſcunt pc̄tā a te
me ente iudice : & oīa illa numina expoſcūt
p̄ceps & lachrime opp̄ſſoꝝ q̄s lachrymas ob
mittūt uitule ut ego ſūmā iuſtū ſuppliciū de
te uetula. i. Ieruſalē īfœlix ſcā terra & mulier
miſ̄abilis decepta tuis pollicitis fudit iſtas
lachrymas et iſta deſerta ab auo tuo quærit̄
de te nepote: tu es cauſa oīum maloꝝ et ſem
per negas et ſemper induis arma: et depo-
nis arma: ipſa plorat et uocat te ſurdum mit
tens ſuſpiria non uana ad cœlum: poſtquam
nulla ſpes tui eſt ſibi. et ipſa eccleſia cogat te

ut ſuccedas illi hieruſalẽ & illa frequẽter icre
pás petit auxiliũ miſe hieruſalẽ ſororis ſuæ
& multi principes ſollicitauerũt te de hoc &
populi & ſiluæ pcanẽ te q̄ nõ mouiſſent iſti:
ſed tu ſolus īplacabilis durus &c. nõ ſucceſſe
ris &c. ſed qd retrahit te ab hoc niſi ardor aua
ritiæ & ſitis iplacabilis auri & tu attonitus in
ſtas ſplendenti auri cumulo & iſte ſtupor ex
iſto theſauro reddit te ſtupidũ & hinc eſt obli
uio tuæ mẽti & aiæ tuæ obliuio ẽ tibi ſed uis
tu ſcire finẽ tuũ: qa exẽpla ſolẽt eẽ magna ici
taméta hoib & loquar de craſſo auariſſimo
qa tpe quo Cæſar erat in galia miſſus fuit ad
parthos & hũit decẽ legiões & duxit filiũ ſuũ
& dum trãſiuit p hieruſalẽ iudeus ille iocalia
aſportauit oĩa & fidẽ fregit parthis qa ipe trã
ſiuit fluuiũ Eufratẽ: unde rex parthoꝝ occur
rit cõtra eũ & trucidauit oẽs & occidit filiũ &
patrẽ eius: & corpus fuit portatũ ĩ tua ciuita
te cartagꝫ: & liqſecerũt aurũ & proicierũt in
gutur dicẽtes: aurũ ſitiſti aurũ bibe: iõ dicit
Craſſus ĩ flumine erat romão paſtor auarus
quẽ oblitũ fœderis ĩcitauit amor auri trãſire
confinia Roma ergo ille mortuus eſt iuſte &
contagia culpæ pr̃næ traxerũt filiũ ad ſilẽm
mortẽ & ĩfauſtũ gregẽ. ſ. ĩfœlicẽ populũ tra
xerũt in mirabilib⁹ ſagittis ſi ille craſſus fuiſ
ſet unq̄ memor fidei & ſui decoris ille ſcitiẽs
tẽperãtius guſtaſſet diuitias babilonicas. Ar
tichus rex dixit hæc. MOTus. Rñdit pan &
ponit tale exẽplũ Articho de cyrro rege pſa
rum. Iſte uoluit inuadere ſitiã: & ĩuaſit ergo
tũc in ſitia regnabat una regia. ſ. thameris il
la miſit filiũ ſuũ cõtra cyrrũ & breuiter Cyr
rus conflixit: & facile ſupauit & filiũ occidit.
Tũc regina illius mater mortui contraxit ui
res ſuas: & non cõfiſa potẽtia ſua uſa ẽ cautel
la & auxilio: nam ipſa caute arripuit fugã: &
cyrrus pſecut⁹ ẽ eã: & ipſa duxit ipm quo uo
luit in q̄dã ualẽ unde nemo fugere poterat:
deinde retraxit aciẽ: & patuerũt ĩſidiæ: unde
confecit ipm & de capitauit ipm iterfectũ. Et
mitti fecit caput eius in uno utre ſanguis ple
no: iõ dicit pan loquiẽ loquutus eſt talia: ſi ẽ
tps dare exẽpla. Crudelis cyrrus rex perſaꝝ
terra ſiccat iſtũ fluuiũ orientalẽ cui regi uolu
ptas oribilis delectatio eẽt illi ſitire & huma
niter fuſo ſanguie: et ille ferox ſimileſqꝫ tibi
regi dum deſpicit incuſtoditos cãpos regine
thameris trãſcendit cõfinia pprii regni pari
ferocitate ſua ipm ſtimulãte: et h̄ dum deſpi
cit ſui regni ſpacia. iſte dedit filiũ regie mor
ti mater regina anxia eiecit totũ dolorẽ. At
paſtor furẽs. ſ. cyrrus moriẽ ictu mulieris en
ſis: iſte nõ bibit aurũ gelato ore: ſed ſanguĩ
nẽ congelatũ: et cruorẽ tepẽtẽ de cede. ER
go rñdit Articus dicẽs tẽptemus arma auda
cter q̄do ſumus pares exẽplis et uerba ſucce
dãt uerbis et dicit Articus: faſianæ quid pde
runt tibi q̄ i colcho ĩſula habitãt: et qd unguẽ
ta et oĩa irritamẽta tui uentris qd pderunt et
Hecchinus piſcis et aurati piſces: q̄ ſunt or

Serua canũ: tu prima quidẽ: tu ſumma maloꝝ
Cauſa: negas? celerũ ſemper tu perfidus auctor
Induis arma fremens: eadem mox abiicis arma
Illa gemit: ſurdumqꝫ uocat: non irrita iuſto
Spes ubi nulla tui eſt tui ẽ mittẽs ſuſpiria cœlo
Mater & ipſa dolens rogitat mifereqꝫ ſorori
Increpitans te poſcit opem. fratreſqꝫ ſuperbo
Affuſi meſtique greges: ſilueque precantur.
Quem non mouiſſent? ſed inexorabilis unus
Durus: inhumãus: ferus horrens deſpicis oẽs
Quid tamen officio retrahit niſi pectoris ardor
Impius & fului ſitis importuna metalli?
Scilicet attonitus fulgenti incumbit aceruo.
Hinc ſtupor ille oculis. hinc illa obliuio menti
Sceleſtum atqꝫ anime ſed quem tibi crimia finẽ
Promittunt? audi. nam ſæpe illuſtria multum
Multũ animos exempla mouẽt i flumine tuſco
Paſtor auarus erat quem par ſitis impulit æqui
Federis oblitum patrios tranſcendere ſaltus
Occidit is merito grauis at congragia culpe
Immeritum parili traxerunt turbine natum.
Infauſtumqꝫ gregem innumeris texere ſagittis
Nunquid ſi fidei uel ſi memor ille decoris
Partius aut ſitiens tanta cum ſtrage ſuorum
Aſſirias guſtaſſet opes aurique saporem.
Arthicus hæc torrens motus pantalia contra
Si uacat exemplis tempus dare ſeuus eorum
Paſtor ad euphraten fuerat cui ſanguine fuſo
Eſſet inhumanum ſitienti horrenda uoluptas.
Ille ferox ſimiliſqꝫ tui confinia raris
Seuitia ſtimulante pari. dum deſpicit ampli
Incuſtoditos uiduæ tranſcendit in agros.
Incautumqꝫ necci natum dedit anxia mater
Omnem continuit fixa ſub mente dolorem
Euomitque ſimul paſtor temerarius ictu
Fœminei mucronis obit truncuſque gelato.
Non aurum bibit ore nitens ſed pocula martis.
Concreatam ſaniem & tepidum de cede cruorẽ
Ergo age: quando pares exemplis arthicus infit
Brachia tentemus ſuccedant uerbera uerbis.
Quid modo colchorũ uolucres oriẽtis odores
Quid ne gule. & uentris irritamenta capacis
Omnia quod pelago uehemẽs echius. ih erſque
Rumbus & ornati ſquamis rutilantibus olim
Ferreus aurata quos fixerat hamus arena

nati ſquamis qd ꝑderūt quos piſces amus inſtrumētū ad capiēdū iſte amus miſſus ē latēter ſub aqs ue
netoꝝ & de aqtania:& ſiqs magnus piſces uel magna belua capit̄ i littore hiſpāiæ uel ſi q̄ iactata i ma
ri afro.ſ.i ſyrtibus qd ꝑderit tibi & mōſtra maria qd ꝑderūt & uia calida excepta ſiue accepta ex uiti
bus falerne regiōis.ſ. Apuliæ:uel uia de alpib' Ianuæ & uia q̄ ueſeus fertilis.i.illa cōtrata iuxta ueſeū
īt ueſeus fertilis trāſmiſit uaſa uinaria de gemio colle ſpumātia rapide ꝑcipiti muſto: & uina q̄ dedit
meroe & uina de inſula cypri & ſoli meroe oriēti cōtrata ſubiecta:& qd ꝑderit tibi & ſomnus & forte

Sub uenetis clā merſus aquis:qd̄ uulnere crebo
Si qua uel hiſpano natat ingens belua ponto:
Vel libycis iactata uadis:peregrinaqꝫ noſtra
Profuerint?qd̄ palmitibus ſeu dēpta phalernis:
Seu ligurum decerpta iugis ardentia uina?
Queqꝫ ferat gemino tranſmiſit colle ueſeuus
Dolia precipiti rapidum ſpumantia muſto?
Queqꝫ dedit meroe ſoli ſubiecta propinquo:
Preterea qd̄ lenta quies:quod mollis in umbra:
Et ſapor & rauci per florea gramina fontes?
Omnia in exitium uertent:& blanda uoluptas
Conficiet bellum:mulier tua ſola iuuare
Te uolet & poterit:ualidum prius egra leonem
Sternet ouis:prius armigerū philomēa tonātis
Vicerat:ille autem quorſum per iurgia tandē?
Quid mecum commune tibi?nil arthicus inqt:
Nil tecum commune mihi:nam iudice fato
Deſtituunt uictum:uictorem cuncta ſequūtur.
Huius in arbitrium non noſtra ſponte uenimus
Tu cogis:tu iuſtitiæ contemptor & æqui.
Quem cecum fortuna facit:pariterqꝫ ſuperbum
Quid tua nūc nūas;tumidos qd uoluis ocellos:
Vndiqꝫ uenturos iam iam tibi fingis amicos:
Obſtruxit tua fama uias:in tempore iuſſi
Tum mihi crede aderūt:lētus dū uoce ſub una
Gramine caucaſeo paſtus bibet agnus hyberū
Hæc dicens mediæ pedibus iam ſtagna paludis
Frangebat:pan contra:aditus & ouilia ſepſit
Vepribus:& fluuio circūdedit antra ſequaci.
Tranſierat:ſubitoqꝫ ingens per rura tumultus
Exoritur:tutum fateor:meqꝫ inde recepi:
Panaqꝫ turbatum penituſqꝫ per auia liqui
Soliuagum.mox ambigua dū mente reflector
Heu uictum uinctumqꝫ graui ſine mora catena
Proſpicio.trans ſtagna rapi:non libera cœlo
Brachia:ſed meſte rorantia lumina frontis
Tollentem:ac tales iactantem i nubila queſtus
Cernitis hæc ſuperi:ſeu qd nā interuenit umbræ
Ceca rotat fortuna fidem:regit omnia fatum.
I nunc:in rebus ſpem certam pone ſecundis.

rauci p uirētia prata:nā oīa i peſtē cōuertent̄ tuā & blāda uoluptas conſiciet bellū ſed ſola tua muliere uolet te iuuar̄ & poterit:ſed yronicæ logē & tūc iuuabit qn̄ ouis ſternet bouē & philomēa prius ſternet aqla armigerā iouis.&c.DIXErat.Reſpōdit.rex frātie & qd ulterius uadim' p iſta iurgia:ſed quomō potes tu & q̄re mihi.q.d.i nichilo.NIL.Reſpōdit Articus & dicit nil eſt eq̄le tui & mei tu bene dicis uerū uictū & ſecunt̄ uictorē ꝑdeſtinatione idicāte ſed tu cogis:tu es cōtēptor iuſtitiæ et eq quē fortūa facit ſecū et ſupbū:cur numeras nūc tua ianiter uoluis occulos tuos tumidos:tu fugis amicos uenturos tibi undiqꝫ certe nullus ueniet: et uia eſt firmata undique pp tuā famā illa hora ueniet tibi auxilium q̄ agnus moueſ ſe de oriēte peditādo ueniet ad occidētē i una die iuſſi amici:ideo dicit agnus paſtus gramine caucaſeo.i.oriētali bibet yberū flum̄ occidētale et h̄ ſub uno die: HEC.hic uolucer cōcludit et dicit: Ille articus iā frāgebat mare et pan fecit oīa munimina ſua et clauſit oīa clauſtra armis et circūdedit palatia fluuio pariſienſi. Ille articus iam tranſierat ſtatim ſubitus tumultus exoritur: ego timui et diſceſſi ab aquitania:et regē frātiæ reliqui totū turbatū fugiētem: et ego ueniens retroflexi occulos:et uidi pana trahi ultra maria illū dico tollentem brachia qa non poterat:ſed occulos undantes lacrymis triſtis fatiei:et illum dico effūdentem tales queſtus.Odii uidetis hoc uel quæ umbra interuenit quæ non permittit nos uidere mortalia:Et ſubdit bene dico q̄ i iſto mundo non eſt niſi fortuna et conſtellatio:i.loqtur multiuolus et dicit:uade modo et pone ſpem in rebus ꝓſperis huius mūdi.q.d.nō ē ponēda cum talis et tantus et tam fœlix rex deuenerit intantam captiuitantis miſeriam .:.

Petrarchæ laureati poetæ ſub bucolico carmine recollectionis ſub uiro uenerando Magiſtro Beneuenuto de ymola Recollecte fœliciter expliciunt:per me Marcum horigono de Venet.Annis.d.noſtri Ieſu chriſti: currentibus.M.ccccxvi. Die.yii. Iulii.

FINIS

REGISTRVM.

A B C D E. Omnes Sunt Ternii

PETRARCHÆ BUCOLICUM CARMEN

VENISE — 1496